Extraord.º del 1.er Semest. de 1816. 57 N.º 5.º

2/11

Descripcion de algunos Lichenes presentada á la Sociedad Médica de Cádiz

Por D.n Pablo La-Llave, Miembro de esta y otras corporaciones literarias &c. &c.

1816.

Descripciones.

Lecidea Chrisoleuca; crusta membranacea, granulosa, albida: apotheciis prominentibus confertis junioribus præsertim concavis omnibus disco fuscescenti, flavo pruinoso, margine tumido flavissimo intus fuscis.

Habitat America supra cortices arborum immediate aut supra jungermanias arboribus adherentes, quarum reliquias amplexando ac supervestiendo crusta granullato ramulosa apparet.

Lecidea Velutina. Tomento pallide virenti mollissimo ex fibris ramosis complicatis, tenuissimis ac minutissimis intertexto: Apoteciis tomento immersis planis minutis pallidis margine dilutiori.

Habitat America supra cortices arborum. Tomentum in sicco papiro comuni paulo crasius est; humectatum colorem retinet, tuncque oculo armato fibræ ramosæ ac erectæ conspicuuntur. Apothecia habituque dissimilis vetant ne cornicularius confungatur ¿Nova Lecidearum sectio an genus novum?

Gyrophora Granulata. thallo monophillo rigidiusculo ambitu ut plurimum

lacero, supra atro, subtus levi, nunc atro, nunc eneo = Apotheciis sparsis immarginatis converiusculis girosoplicatis.

Americæ Virt. Pag. super. nunc atra, nunc nigrescens, aliquando etiam ad centrum albo-maculata. ¿ Varietas Giroph. Glabræ synopsis Acharii?

Girophora Grisea. = thallo coriaceo-lobato supra levi olivaceo-fusco albo-palido-maculato, subtus albido, fibrilis albido-griseis prædito = Apoteciis versus marginem insertis minutis planiusculis plicis ut plurimum circulariter concentricis.

Americanam esse suspicor. In specimine meo tallus lobato-digitatus.

Girophora Cincta. thallo rigidiusculo sublobato, supra griseo-eneo, punctis adumbrato-nigris, subtus eneo nigrescentique variegato, hinc ambitu que præsertim nec raro pagina superiori fibrillis atris instructo = Apotheciis sparsis planiusculis marginatis circinato flexuosis.

Americana species, conferenda cum giroph. fimbr. var. cilindricæ synopsis Acharii.

Lecanora cidomela = Crusta determinata tenuis granulosa albo-cineracea

ambitu crenulata lineaque atra serpentina circumscripta. Apoteciis sessilibus planis minutissimis, disco etiam in humido atro margine thallo concolori in junioribus tumido.

Supra porphidum ad Alpes Hispaniæ Granatenses instar Lecideæ parasem: gregatim habitat individuis crustam efformantibus continuam, linea tantum nigra circumscribenti separatis. Ȝusnectata rufescit eodem colore aquam tinctam reddit, iterumque post annum aqua puteoli immersa rubberrima post exsicationem apparuit. Specimen habeo benevolentiæ Cl. Clemente debitum, qui eam ad Lecanoram atram retulit, sed ex dictis constat aut speciem omnino novam esse, aut ejusdem saltem varietatem insignem.

Parmelia Mesia = thallo cartilagineo cespitoso orbiculari, laciniis lacero subpinnatifidis planis, hinc inde thalli elevatione fornicato-fistulosis, supra albido eburneo ciliis marginato concoloribus, subtus candido, venis reticulato-tenuissimis, subpulverulento. Apoteciis supra fistulas incidentibus disco fusco albo pruinoso margine erecto, crenato, crenis albo-ciliatis.

Lichen prorsus singulare Borrera chrisophthalmæ licet quod habitum affine Phisciis potius consociandum es-

6

tumo. Humectatum colorem retinet, tuncque cæspitem efformat è podetiis fistulosis erectisque compositum, quæ a thalli elevatione procedunt apotheciaque sustentant.

Josepho Mexia Novigranatensi
Rerum naturalium, vegetantium præsertim notitia
prædito,
Ingenii magnitudine
Omnigena atque exquisita eruditione
incredibili dicendi vi et copia
Spectatissimo.

Parmelia Cabrera. = thallo cæspitoso, laciniis furcatis apice, nunc simplicibus, nunc parce dichotomis teretibus, subcompressis, pannoso-fungosis, albis, supra crusta lineari tenui, levi fragili albo rufescenti tectis, intus filo centrali atro donatis = Apotheciis terminalibus, pedicellato disco fusco, extus papiloso-rugosis. Americæ vivit.

Antonio Cabrera,
Gaditanæ ecclesiæ oratori; viro, morum simplicitate,
commendatissimo:

Optimo de re Botanica merito
Lichenum ac fucorum præsertim
Observatori occulatissimo.

7

Crusta excepta quæ facillime separatur nec totam in latum laciniam tegit, nihil nisi laciniæ aut ramuli potius restant ex substantia pannoso-fungosa (cujus fibræ oculo inermi imperceptibiles sunt) omnino ficti, quæ undequaque tenaciter adheret filo atro centrali immediate sub crusta collocato, ac per totam ramuli longitudinem excurrenti. Apothecium mutilum inveni ex quo constat intus parenchimate albissimo compositum. Tallus adeo singularis, novum genus judicio meo constituere debet, aut novam saltem Parmeliarum sectionem secundum Apothecii structuram Borreris nonnullis finitimam.

Borrera Echinata. thallo cæspitoso cinerescenti, subtus nigro venoso eminenter canaliculato laciniis linearibus accurate dichotomis apicibus attenuatis aut subulatis, margine dense echinato, fibris atris ramosis rigidis erectisque = Scutellis fusco-rubris, pedicellatis, ad basim rugoso plicatis. Americæ vivit. Humectata rufescit.

Borrera Luxurians. = thallo cæspitoso rigidiusculo cinereo-rufescenti sub-

tu nigro-opaco, venoso, laciniis ad apotheciorum insertionem
inflexis amplificatisque de cetero angustis sublinearibus flexuo-
sis sub-dichotomo-ramosis apice nunc simplicibus attenuatis-
que, nunc multifido crenatis= Apotesiis disco castaneo mar-
gine tenui, adultioribus amplissimi dilaceratis omnibus pedi-
cellatis, extus rugoso-reticulatis. = America vivit.

Borrera Mollis= thallo albo rufescente cespitoso subtus nigro violaceo,
nitidulo rugoso, canaliculato laciniis linearibus flaccidis ad api-
cem usque dichotomis hinc attenuatis= Apotheciis pedicellatis
inflexa laciniae medio insertis, disco fusco rubro margine
tenui, extus rugosis= Mollitie colore nec laciniarum ex-
tremitate multifida à praecedenti satis differt.

In specimine meo (quod humectatum roseo papi-
rum tinxit) subtus ad marginem fibrillarum vestigia depre-
henduntur. America vegetatur.

Borrera Candida= thallo cespitoso albo, subtus leviter canaliculato can-
dido pulverulento laciniis linearibus dichotomis margine albo-
ciliatis apice obtusis aut obsoleta bifidis= Apothecia deinde-

vantur. Laciniarum extremitate ciliarum apex fuscus adparet, thallusque
madefactus virescit. America crescit.

Borrera Capillata= thallo cespitoso, laciniis rigidis angustissimis, linea-
ribus dichotomis, ciliis atris, longis, ramosisque marginatis, supra gla-
bro, subtus leviter canaliculato, pulverulento apotheciis urceolatis, demum
planis sessilibus, disco fusco, margine profunde dentato; hinc extusque
ciliis atris instructo= Species minuta America habitat=.

Laciniae ab initio ut suspicor albae, post ad basim nigrescunt,
sed utrinque de medio ad apicem constanter albae sunt, pulvereque
sulphureo subtus conspersae. thallus madefactus colorem servat, discus
vero carneo-pruinosus adparet.

Quinque has species quas in dissertatione habita ad Reg. Ma-
tritens. Medicinae Academ. descripsi (Borrera genere nondum invento)
ad canaliculariam retuli.

Borrera Ramalioides= thallo crasso cartilagineo rigido supra pallido,
glabro, subtus concolori insigniter canaliculato, ramis primoribus muscu-
loso reticulatis= Apotheciis sessilibus planis disco carneo-pruinoso, margine

thalli lanuginisque colore, cyphellis rotundis, nec apotheciorum margine nigris radiato-ciliis, satis à Collemate distincta: tomento lanuginoso loborum ambitum nonnihil excedente; totus lichen subfimbriatus apparet.

Sticta Paleacea: thallo coriaceo, suborbiculato nitidiusculo virescenti glauco, sinuato-lobato, lobis incisis, subtus lanuginosis, fuscescenti = Apoteciis marginalibus planiusculis rubris, margine nigrescenti, hinc extusque parce lanuginosis = Cyphellis pallidis rotundis ovalibusque subequalibus fusco-marginatis.

Habitat America: = Ex speciminibus meis mutilis thalli figuram accurate determinare non licet. tomentum apothecia cingens quasi paleaceum apparet.

Collema Carpostemma. = thallo foliaceo virescenti, rugoso reticulato, lobis minutis girosoplicatis imbricatisque, in humido dilute viridibus subdiaphanis crispis adscendentibus composito = Apotheciis junioribus rubris concavis margine pallido, adultioribus planis convexisque nigrescentibus, omnibus corona folioso complicata cinctis.

Vivit America = thallus quem orbicularem suspicor

subtus dilaceratus apparet; hinc qua parte truncii adheret precertim reticulatus est, nonnihilque pallescit.

Collema Glandulosum = thallo foliaceo, tenui, virescenti, diaphano, nitidiusculo, lobis plicatis, rotundatis, versus peripheriam amplioribus, ambitu omnibus integriusculis glanduloso-dentatis, in humido crispis ascendentibus revolutis in foveolas amplas depressis, subtus papulosis = Apotheciis nunc concavis, nunc planis papulis insidentibus disco fusco-rubro, margine tumido integro, pallido, dein nigrescenti.

America vivit. = thallus humectatus eminenter diaphanis viridique dilutiori tinctus apotheciis concoloribus post exsicationem nitidus prorsus utrimque apparet. Foveolis sive buris pagina superioris, subtus papulae sive ampullae respondent situ apotheciorum excepto ubi foveola subtus papula supra invenitur scutellam sustentans.

Collema Digitatum = thallo foliaceo sub-pellucido saturate viridi, subtus subconcolori utrimque subrugoso, tenuissime reticulato-venoso laciniis periferiis depressis latioribus rotundato-sinuatis centralibus scutelliferis digitato-elongatis,

his in humido tumentibus, turbinatis, fistuloso-inflatis = Apotheciis extremitate digitorum ad centrum insertis junioribus concavis omnino ~~immersis~~, adultioribus planis senilibus, disco etiam in sicco rubro margine integro tenui pallido circumdato.

America vivit supra arborum truncos.

Usnea Ochromella. Thallo pollicari cespitoso, fasciculato ramis teretibus erectis primoribus praesertim levibus, omnibus plus minusve difracto-monili-formibus flavo nigroque alternatim variegatis.

America vivit.

Licet orbillae desiderentur praeter alias notas filis centralis elasticus adest usnearum character essentialis.

Sphaerophoron Mociño. = Thallo cespitoso fruticoso erecto ad basim nigrescenti de caetero cinereo, intus flavido-lignoso suberoso, ramis subsimplicibus ~~pollicaribus papillis verrucisque fla~~vis non raro super-indutis = Apotheciis extremitate ramorum fasciculatim confluentibus nunc cilindricis nunc turbinatis clavatisque appertura submarginata, accurate

circulari nec lacera, cavitate conica muleo foeta nigro, tenaciter inter se ac disco adherenti.

Josepho Mociño,

Novo-Hispano, Matritensi Acad. quond. praefecto,

Greçis, latinisque instructo litteris,

Mexicanorum rebus linguaq. versato, ligatae solutaeq. orationis,

facilitate ac leporibus conspicuo,

Qui

Theologiae curriculo summa cum laude confecto

Rei-medicae, Botanicae, Zoologiae studio

A natura paratus ipsique deditus

Nov. Hispan. Guatimalam, Californiam ad Nootkam usque difficultatibus, incomodis, periculis gravissimis ac innumerabilibus superatis, harum regionum vegetantia, animantiaque collegit

rite collocavit ac descripsit

Ipsi

Quod oblitus sui utque bono prodesset communi Baeticae, typho icterode misserrime vexatae, sponte sua aereque propio, regali munitus auctoritate, integre prestoque adfuerit.